

20 [Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς κόμητι τῶν πριβάτων.] Ἐγνωμεν τοὺς ἀνοσίους αἰρετικούς καὶ μετὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους καὶ τὴν γενομένην ἐπ' αὐτοῖς κίνησιν ἐτι τολμᾶν καὶ ἀθροίζεσθαι καὶ προβάλλεσθαι τινὰς τῆς ἑαυτῶν μανίας ἡγουμένους τε τούτους καὶ ἐξάρχους καλεῖν καὶ βαπτίσματα ποιεῖν καὶ βούλεσθαι χοῦσθαι προνομίαις τισίν, ἤντεκα τῶν ἁγίων περιβόλων καθέστηκεν αὐτῶν τὰ ἐργαστήρια, οἷς μόνους τοὺς τὴν ὁρθὴν τιμώντας πίστιν χοῦσα-
1 σθαι προσήκει. Διὰ τοῦτο τοίνυν θεσπιζομεν τὴν σὴν ὑπεροχὴν καὶ νῦν αὐτοῖς ἀπειπεῖν, μάλιστα μὲν μηδὲ ἐν ἄλλῳ τινὶ τόπῳ, διαφερόντως δὲ ἐπὶ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως, μηδὲ τινὰς συνάξεις μηδὲ βαπτίσματα ποιεῖν μηδὲ τολμᾶν τοῦ τῆς προσκνητῆς κοινωνίας ὀνόματος ἢ πράγματος ἀπτεσθαι, ἅπερ μόνων καθέστηκεν ἴδια τῶν τὴν ὁρθὴν πρεσβυόντων δόξαν καὶ τὸ προσκνητὸν τῶν Χριστιανῶν
2 ὄνομα προσηκόντως θεραπευόντων. Ἀλλ' οὐδὲ τοὺς ἔχοντας ἐργαστήρια ἐσω τῶν ἁγίων περιβόλων χοῦσθαι τισὶ προνομίαις προφάσει τῶν ἐργαστηρίων συγχωροῦμεν, γινώσκοντας, ὡς, εἰ καὶ μετὰ τοῦτο τὸ θεῖον ἡμῶν κηρυγμα φανεῖεν οἰουδήποτε τῶν ἀπηγορευμένων ἀπτόμενοι, ἢ ἐν τῇ βασιλίδι ταύτῃ πόλει ἢ ἐν ἑτέραις χώραις ἢ παρασυναῖξεις ἢ βαπτίσματα τολμῶντες ποιεῖν ἢ τὴν ἄρρητον αὐτοῖς διδόναι κοινωνίαν ἢ τι τῶν κεκωλυμένων ποιῶντες, ὑπαχθῆσονται ποιναῖς προσηκούσαις καὶ ἅς υπομένειν ἀνάγκη τοὺς ἐναντιομένους τοῖς νόμοις καὶ τὴν αὐτῶν μη φυλάττοντας δύναμιν· εἰδόντων τῶν τοὺς ἑαυτῶν οἴκους εἰς τὸ παρασυναῖξεις ποιεῖν παρεχόντων αὐτοῖς, ὡς ταύτην ὑπέξουσι τὴν ποινήν, ἣν αἱ προλαβούσαι
3 θεῖαι λέγουσι διατάξεις. Καὶ ταῦτα μὲν κοινῇ περὶ πάντων τῶν αἰρετικῶν. ἰδικῶς δὲ ἐπὶ τοῖς ἀνοσίοις Μοντανισταῖς θεσπιζομεν, ὥστε μηδένα συγχωρεῖσθαι τῶν καλονόμενων αὐτῶν πατριαρχῶν καὶ κοινωνῶν ἢ ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων ἢ διακόνων ἢ ἄλλων κληρικῶν, εἴπερ ὅλως αὐτοὺς τοῖς ὀνόμασι τούτοις καλεῖν προσήκει, κατὰ ταύτην διατρίβειν τὴν εὐδαίμονα πόλιν, ἀλλὰ πάντας ἐξελεύεσθαι, ὅπως ἂν μὴ τῶν ἀτόπιων αὐτῶν μύθων τινὲς τῶν ἀπλουστέρων κατακούσαντες καὶ ἀκολουθοῦντες ταῖς ἀσεβείαις αὐτῶν διδασκαλίαις τὰς ἑαυτῶν διαφθειροῖεν
4 ψυχάς. Ἀλλ' οὐδὲ εἰσω τῶν εὐαγίων ὁρων πραγματεύεσθαι ὅλως συγχωροῦμεν, ὥστε μὴ τὰ εὐαγγῆ τῆς ὁρθοδόξου πίστεως μυστήρια γίνεσθαι αὐτοῖς ἔκπυστα βεβήλοισ τε οὖσι καὶ καθαρὰς πάσης εὐα-
5 γοῦς ἀκοῆς ἀναξίοις. Κωλύεσθαι δὲ θεσπιζομεν αὐτῶν καὶ τὰ ἀσελγῆ συσσίτια καὶ τὰ ἀσεβῆ καὶ κατεγνωσμένα συμπόσια, ἐν οἷς συνιόντες τὰς τῶν ἀπλουστέρων θηροῦεν πειρωῶνται ψυχάς. δεῖ γὰρ καθάπαξ κωλυῖσθαι τούτους τοὺς ἐξ αὐτῶν εἰς τὴν ὁρθὴν μεταστάντας πίστιν αὐθις ἀσεβῶς διατῆσθαι

τοῖς τὰ αὐτὰ νοσοῦσιν καὶ ἴσως ἐκ τῆς συνδιαγωγῆς καὶ διαίτης πάλιν ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανίεναι κακοῦ δαιμονίαν. Κωλύομεν δὲ αὐτοὺς καὶ ἀνδράποδα ἐμπορεύεσθαι, μήποτε ταῦτα τοῖς συνθηροσκενταῖς ἀποδόμενοι παρασκευάσαιεν αὐτὰ τῆς ἑαυτῶν κακοῦ δοξίας γενέσθαι. Ὁμοίως δὲ κωλύομεν τοῖς ἐκ τῆς τῶν αὐτῶν Μοντανιστῶν οὔσι θρησκείας δίδοσθαι τινα παραφυγὴν κατὰ πρόφασιν τῶν καλουμένων ἀξιώματικῶν, οἷς ἐκ τῶν μεγίστων δικαστηρίων καὶ τῆς ἀγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας εἰσθὲ τι χορηγεῖσθαι προφάσει τῆς συνεχούσης αὐτοὺς πενίας, ἣν οὐκ ἂν εἴη προσήκον τοῖς ἐκ τῆς εἰρημένης χορηγεῖσθαι θρησκείας, ὑγιᾶς μὲν ἢ μέτριον οὐδ' ὅτιοῦν ἐχούσης, παρὰ πάντων δὲ δικαίως μισουμένης τε καὶ κατεγνωσμένης· ὥστε καὶ εἰ τις αὐτοῖς ἄλογον νέμει προστάσιαν, καὶ τοῦτον σωφρονίζεσθαι δέκα χρυσίου 8 λιτρῶν ποινῇ θεσπίζομεν. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα παραφυλάττεσθαι βουλόμεθα παρὰ τε τῆς σῆς ὑπεροχῆς καὶ τῶν τὰς ἀρχὰς τῶν ἐθνῶν ἐχόντων, τὴν αὐτὴν ποινὴν ὑφορωμένης καὶ τῆς πειθομένης σοι τάξεως καὶ τῶν ἐπιχωρίων τάξεων, εἰ μὴ ταῦτα φυλάξαιεν· ἐπικειμένης οὐδὲν ἤττον ἀγανακτήσεως καὶ τοῖς αἰεὶ τὴν ἀρχὴν ἔξουσιν, ἧς νῦν ἡ σὴ προέστηκεν ὑπεροχῇ, εἰ τι τῶν θεσπισθέντων ἢ αὐτοὶ παραβαίεν ἢ παραβαθῆναι συγχωρήσαιεν, καὶ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐθνῶν, εἰ τούτου ῥαθυμήσαιεν, ὁμοίως δέκα χρυσίου λιτρῶν σωφρονιζομένων ποινῇ. D. Constantinopolitani x k. Dec. Lampadio et Oreste v. cc. conss. [a. 530]

id est:

Idem A.

... comiti rerum privatarum. Comperimus impios haereticos etiam post leges nostras et nostrum in eos motum adhuc audere convenire et quosdam sui furoris praepositos et exarchos creare et baptismata facere et privilegiis quibusdam uti velle, ut intra sacra saepta taberna sua habeant, quibus solos orthodoxae fidei studiosos uti convenit.

1 ¶ Propterea igitur sancimus, ut magnificentia tua nunc quoque eos prohibeat, ne in ullo omnino loco, imprimis autem in hac alma urbe conventicula vel baptismata celebrent neve nomine vel rebus sanctae communionis abutantur, quae eorum tantum propria sunt qui rectam fidem venerantur et venerabile Christianorum nomen ut decet colunt.

2 ¶ Sed neque eos, qui intra sancta saepta tabernas habent, quibusdam privilegiis tabernarum ratione uti permittimus haud ignaros, si post hanc sacram sanctionem nostram adhuc prohibitorum quid attingere visi fuerint vel in hae regia urbe aut in reliquis loris audere vel conventicula vel baptismata celebrare vel nefandam communionem sibi dare vel interdictorum quid facere, competentes poenas se subituros easque, quas legum violatores et vim earum non observantes sustinere necesse est: scientibus iis, qui domus suas ad conventicula facienda iis praebent,

se eam poenam subituros, quam anteriores sacrae leges pronuntiant.

3 ¶ Et haec quidem generaliter de omnibus haereticis: specialiter autem contra impios Montanistas constituimus, ut nulli ex patriarchis eorum quos dicunt vel sociis vel episcopis vel presbyteris vel diaconis vel reliquis clericis, si quidem omnino his nominibus eos appellari decet, in hac alma urbe commorari permittatur, sed omnes expellantur, ne simpliciorum quidam absurdis eorum fabulis auditis impias eorum doctrinas secuti animas suas perdant.

4 ¶ Verum nec intra sacra saepta utique negotiari eos permittimus, ne sancta orthodoxae fidei mysteria profanis istis atque omni puro sanctoque sonu indignis evulgentur.

5 ¶ Prohiberi autem sancimus etiam impias eorum commessiones et impia damnatae convivia, in quibus congregati simpliciorum mentes captare temptant, prorsus enim prohiberi oportet, quominus it, qui ab ipsis ad rectam fidem transierunt, denuo impie conversentur cum iis, qui eodem, morbo adfecti sunt, et fortasse ex hac consuetudine et vivendi ratione rursus ad pristinum errorem revertantur.

6 ¶ Prohibemus autem eos mancipia mercari, ne ea fidei suae sociis tradendo efficiant, ut ad ipsorum perversitatem perducantur.

7 ¶ Similiter prohibemus, quominus Montanistarum superstitionis sectatoribus nomine axiomaticorum quae dicuntur stips praebeatur iis, quibus a maximis indicibus et sacrosancta magna ecclesia nomine urgentis egestatis aliquid praeberi solet, quam non conveniat sectatoribus memoratae superstitionis nihil sani neque recti habentis, sed ab omnibus merito exosae atque damnatae praebere: ita ut, si quis iis sine ratione auxilium praestet, et hunc decem librarum auri poena plecti iubeamus.

8 ¶ Haec igitur omnia custodiri volumus a magnificentia tua et populorum rectoribus, eadem poena imminente et officio tibi subiecto et provincialibus officiis, si haec non observabunt: neque minus indignatione etiam iis instante, qui quandocumque magistratum gerent, cui nunc magnificentia tua praefecta est, si constitutorum quid vel ipsi violent vel violari permittant: praesidibus etiam provinciarum, si in hoc committant, similiter decem auri librarum multa plectendis.